



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

XLVI. Bertoldus II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**

AD. MCCLIV. Rex *Wilhelmus* Fuldæ erat, ubi lites Monachorum *Herselten*sium, quas contra Prælatum suum habebant, audivit; at *Henrico* eandem Eccleiam commisit, mox tamen *Wernerus* receptus est à Monachis suis contra datam fidem. Fecere tamen mox rursus *Henricum* Tutorem suum. Moritur AD. MCCLXI. Prælaturæ XIII. arce & oppido *Herbrachtshusso* nondum completo.

XLVI. Ber-  
thold. II.

XLVI. BERTHOLDUS II.

E familia *Leupoldiana*, Præpositus *S. Petri*, Professus *Fuldensis*, optimus pater. Erat enim prudens, justus, pius & pacificus. Castra prædunum cepit, & destruxit *Franckenstein*, inferius *Schlytzium*, *Wartpurg* in Francia, nigram petram, ferreum rivum, *Bockenpurgum* & *Planckenvald*, & ita bellum diutinum à Comite de *Zigenhain* & *Ryne* suscitatum feliciter extinxit, & Ecclesiæ lux pacem reddidit. Arcem *Hasselstein* cum adjacentibus pagis & castris acquisivit: opidum *Gey* instauravit, *Lutterbach* & *Bydenbach* exstruxit, aliaque loca cepit & munivit. Varias advocationes sibi comparavit in *Ulfhusen*, *Steinbach*, *Hennoldes*, *Flinbach*, cum omnibus pertinentiis suis. *Margretam*, degeneris *Alberti* Landgravi conjugem devotam & castam, sed, propter mere-tricium alienæ amorem, repudiatam & pulsam, *Friderici* II. Filiam, honorifice suscepit, & pro statu suæ dignitatis tractavit, & incolumem in *Franckenvort* deduxit. Bisopeshemium cepit, & raptores inde longius profligavit. Tandem Venerabilis Pater, & omni recommenda-tione dignus, AD. MCCLXXI. XV. Kal. April. in capella *S. Jacobii* à Ministerialibus suis de *Evversberg*, *Steinavv*, *Brandavv*; *Rastorp*, *Lup-peln*, *Bardoch*, de *Schenckenvald*, truculenter inter sacra*m* Misam occisus est, anno Prælaturæ X. omnes tamen occisores malâ morte iterum perie-runt.

XLVII.  
Berthold.  
III.

XLVII. BERTHOLDUS III.

E familia *Mackenzell* in *Buchonia*, Professus *Fuldensis*, Præpositus *S. Andreae*, pius & justus. Severè enim ultus est lamentabilem mortem Antecessoris sui. Sceleris sceleribus cumulabunt quotidie Prædones Mias-teriales. Cùm igitur ornamenta & thesaurum Ecclesiæ in *Hasselstein* auferre vellent, ipse verò *Bertholdus* citius resciret, copias suas eduxit, Ecclesiam obsedit, & ipso natali Dominico auctores hujus mali de *Evversberg* statim cepit, quorum unus necatus, ceteri probè custoditi, insuper triginta flammâ vel ense peribant in ipso templo. Ita, ubi pec-cave-